Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in temptationes varias incidentis: scientes quod
probatio fidei vestre patientiam operatur. patientia
autem opus perfectum habeat ut sitis perfecti et integri
in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget
sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter
et non improperat: et dabitur ei. Postulet autem in fide nichil hesitans. Qui autem hesitat similis est fluctui maris qui a vento movet et circumferitur. Non ergo estimet homo ille: quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: divites autem in humilitate sua: quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum: et flos eius decidit et decor vultus eius deperiit. Ita et divites in itineribus suis marcescent. Beatus vir qui suffert tentationem: quia cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se in xpo ihu dno nro.

Alleluia pnum. Gaudete. Alla secdm Christus resur. secue

19 cl

In illo tpe. Dixit dnus ihus sin iohane: pagina creacion d.g.

Ego sum vitis vera et pr meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omne qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis: pte sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vite vos palmites. Qui manet in me et ego in eo: hic